

Verum vox ista notat præterea disputationes diale-
ticas & probabiles, cuiusmodi apud Aristotelem
occurrunt. Sed mitto Ciceronem, neque dicam *Dialogi ve-*
nunc ex instituto de dialogis veterum ecclesiæ do- terum Ecce
&torum, quorum sat multæ in utramque partem dis- clesiae Do-
sertationes apparent. Inter Græcos notus est ditorum
Dialogus Justini Martyris cum Tryphone, Judæo-
rum principe, pro christiana religione habitus, nec
non *dialogus Origenis de recta in Deum fide* cum Me-
gethio, Marco, Droserio, Valente & Marino, hæ-
reticis Marcionitis institutus. Habentur etiam A-
thanasi dialogi ac disputationes aliquot, itemque
Gregorii Nazianzeni *dialogus adversus eos, qui ve-*
bementer jurant, a Jacobo Billio scholiis ornatus,
ac *Gregorii Nysseni de anima & resurrectione cum*
sorore Macrina, de cuius collocutionis nævis iam
differendi locus non est. Johannis Chrysostomi
de Sacerdotio dialogus, in sex libros distinctus, ob-
vius pariter & expositus est, de quo ita Sigebertus:
Joannes sub sua, & sui amici Basilii persona, scripsit
dialogum de honore & onere sacerdotii, & quanta
sit dignitas & potestas vel gravitas sacerdotum.
Taceo Cyrilli, Alexandrini Episcopi plures dialo-
gos *de Divinitate* formatos, & Æneæ Gazæi, ex
philosopho platonico ac sophista doctissimi christi-
ani *dialogum de animorum immortalitate, & corpo-*
rum resurrectione, quem ex palmaria persona col-
loquente *Theophrastum inscrisit*. Inter Latinos *Latinorum*
dialogorum scriptores eminent Minucius Felix, au-
&tor elegantissimi colloquii, *Octavii nomine appel-*

E 2

lati,